342. +

Dąbrowscij Coniuges Grochowskie:go Quietant 1338

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus personaliter Comparentes Generosi Carolus Dąmbrowski et Anna Celinska Coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum modernum attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Generosa Celinska Consors cum eiusdem mariti sui vti Tutoris Coniugalis personali authoritate et assistentia, atq[ue] vltroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu Generosum Albrachtum de Grochowce Grochowski, et eius posteros de scripto certo manuali in rem et manus per eundem sibi Recognoscentibus ratione certarum rerum et Conditionum, in eodem scripto contentarum de actu et data illius hic Premisliae Feria sexta post Dominicam Invocavit Quadragesimalem proxima Anno proxime praeterito Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo datt; Actisq[ue] Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus cum interpositione Vadij Mille Trecentorum Florenorum Polonicalium Roborati, necnon de eadem Inscriptione ipsa Roboratione Quietant emittunt, dimittunt, liberosq[ue] et absolutos faciunt et perpetuo pronuntiant. Scriptum praedfatum.

+

fatum manuale tum et Inscriptionem eandem Roboratam nec non prætensiones quasuis ex eodem Scripto manuali provenientes Cassant mortificant et annihilant præsentibus sibi suisque Successoribus perpetuum imponendo silentium

Cives Præmisslienses G: Jez Quietant. 1339

Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisslienensibus personaliter Comparentes Spectabiles ac famati, Andreas Materna Advocatus, Paulus Stanislaus Wargocki Franciscus Wieczorowicz Scabini, Christophorus Sanczarowicz Rajcas Cives Præmisslienses Sani mentibus et corporibus existentes foro suo proprio omisso et Jurisdictione propria posthabita præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet seque successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere, publice et personaliter recognoverunt, et quilibet illorum seorsim, suo pro interesse recognovit, Quia ipsi suis et totius magistratus utriusque tum et Communitatis totius Civitatis Sacræ Regiæ Maiestatis Præmisliensis pro quorum ratihabitione cavent ac se præsentibus inscribunt nominibus Generosum Albertum Jez et ipsius successores de summa Mille Florenorum Polonicalium per eosdem Spectabiles et famatos Cives Præmisslienses eidem Generoso Jez in exolutionem oneris Generosi Samuelis Strachowski Intercisa certa de actu et data eiusdem Intercisæ Præmisliæ die decima nona July Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo secundo proxime præterito conscripta et Actis Castrensibus Præmisliensibus Roborata ad solvendum asseccurata manu eiusdem Generosi Jez subscripta radio Octo Millium Flor. Polon. formada